Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



bilis · consiliarius · deus · fortis · pater futuri seculi · princeps pacis · cuius amplificabitur imperium · et pacis non erit finis · super solium dauid · et super regnum eius sedebit · ut confirmet illud et corroboret in iudicio et iustitia · amodo · usque in sempiternum · Rune · apparuit · L · e · b · p · a · ad Tytum · ·

Gratia dei salvatoris nri omnibus hominibus · erudiens nos · ut abnegantes impietatem et secularia desideria · sobrie · iuste et pie viuamus in hoc seculo · exspectantes beatam spem et aduentum glie magni dei et salvatoris nri ihu xpi · qui dedit semetipsum pro nobis · ut nos redimeret ab omni iniquitate · et mundaret sibi plm acceptabilem sectatorem bonorum operum · Hec loque et exhortare in xpo ihu dno nro · Ste · Tertium principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum · ex utero ante luciferum genui te · Dixit dominus domino meo sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum · Alla · Dominus dixit ad me filius meus es tu · ego hodie genui te · Sequence · Gratias nunc omnes reddamus domino deo qui sua natiuitate nos liberauit de diabolica potestate · Et in hoc oportet ut cantemus cum angelis temp glia in excelsis · Illo tpe · Exiit edictum a cesare augusto · ut describeretur universus orbis · Hec descriptio prima facta est a preside syrie cyrino · Et ibant omnes ut profitenerentur singuli in suam ciuitatem · Ascendit autem et ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeam ciuitatem dauid que vocatur bethlehem eo quod esset de domo et familia dauid ut profiteretur cum maria desponsata sibi v

xore pregnante factum